

Werk

Titel: Herbarium Amboinense, plurimas conplectens arbores, frutices, herbas, plantas ter...

Jahr: 1741

Kollektion: Zoologica

Werk Id: PPN369546628

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN369546628> | LOG_0167

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369546628>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

CAPUT TRIGESIMUM
TERTIUM.*Gelala Litorea, Gelala Pantey, &
Gelala Itam.*

XXXIII. HOOFSTUK.

De strand of zwarte Gelala-Boom.

TRes subsequentes arbores inter floriferas locum maxime obtinent, quum certo anni tempore elegantissimis suis floribus conspicuæ & e longinquo visibiles, ab aliis facile dignosci possint, præsertim prima species, de qua in hoc agam capite, tres enim observavi species 1^{mo}. *Litorea* seu *Gelalam nigram*. 2^o. *Albam*. 3^o. *aquaticam*.

Gelala litorea seu nigra vulgarissima est, magnitudine & crassitie trunci *Quercui* simillima, hujus enim truncus crassissimus est, sed non altus, ac mox sese in ramos crassos dividens, qui obducti sunt cinereo & glabro cortice, ubique tamen brevibus, firmis, & latis spinis obstiti instar silvestrium *Rosarum*, excepta inferiore vetustati trunci parte, in qua non observantur, cæteræ partes usque ad ramorum summum, immo & rachides undique ita obstitæ sunt, ut adscensum & tactum negent.

Folia magnam habent convenientiam cum illis *Phaeoli borten*, sunt autem multo majora & glabriora, quatuor vel quinque pollices longa, paulo minus lata, magnos sinus gerentia ad oras, tria semper conjuncta, quorum medium longiori insidet petiolo, ad hujus folii ortum binæ quasi verrucæ locantur, binæque posteriora binas itidem habent verrucas, brevifimosque petiolos. Cæterum hæc tria folia sibi quam simillima sunt, excepto quod in binis lateralibus more *Phaseolorum* magnus nervus non recte per medium decurrat. Eorumque sinus exterior multo latior sit interiore, sunt autem superius glabra & obscure viridia, inferius parum rugosa.

Flores plurimi simul longo in racemo progerminant, atque ex uno constructi sunt petalo, quod ab uno latere ponitur parum convexum, instar cymbæ, coloris Kermesini, ab altero autem latere decem longa & firma locantur stamina rubra cum antheris fuscis, quorum quinque breviora, quinque longiora, horumque medium seu undecimum (quod pistillum) longissimum est; Totus vero flos minorem digitum longus est. Stamina autem prope suum ortum conjuncta sunt, ubi bina alia apparent foliola rotunda & concava instar concharum, binis aliis similibus inposita foliolis, quorum bina extrema intensum magis habent colorem ipso floris petalo, bina vero interna sanguinea sunt, simulque collem quasi minorem efformant, locata autem hæc sunt inter petalum istud ac stamina illa, nunquam vero sese aperiunt.

Flores subsequuntur fructus, qui rotundæ sunt siliquæ, palmam circiter longæ vel paulo minus, minoremque digitum crassæ, in varios rotundos isthmus divisæ, qui collo plerumque angusto sibi conjunguntur. In singulo tali isthmo oblonga & crassa reconditur faba, ab utraque parte compressa, acsi plurimæ ex uno vulvo abscissæ forent, per dorsum futura notatæ, quædam harum rubent, ac more fabarum hilo notatæ sunt, forma & magnitudine fabarum equinarum. Plurimæ autem tales siliquæ simul dependent uno ex pedunculo communi, quæ tam diu arboribus inhaerent, donec ventis deiciantur, hisce enim fabis neque homines, neque animalia vescuntur crudis. Arboris lignum est album, molle, & inutile, ac facillime putredinem contrahens, sique incidatur, fumosum spirat odorem.

Inter omnes arbores Indicas nulla est, quæ tam præcisum observat florendi & fructificandi tempus, quam hæc *Gelala*, semel enim in anno suos profert flores sub finem Julii, quum Sol Leonem intrat, quum arbor plurima sua deiecit folia, & undique magnis in ramis elegantes hos rubros profert flores, ita ut arbor e longinquo rubro quasi linteo videatur tecta, atque hinc inde unum alterumve tantum in ramis remanet folium.

Hoc in statu persistit usque ad dimidium Augusti, quum flores magna decidunt copia, Solumque kermesino quasi linteo obtegunt, quibus dein mense Sep-

tem-

DE drie navolgende boomen hebben mede plaatze onder de bloemdragende, om datze op zekere tyd desjaars door hare bloemen aanzienelyk, en van verre kennelyk werden, inzonderheid het eerste geslagte, waar van wy in dit Kapittel handelen, want ik heb drie daar van aangemerkt. 1. De strand of zwarte Gelala. 2. De witte of gevulde. 3. De water-Gelala.

Eerstelyk de strand of zwarte Gelala is de gemeenste, in de grootte en dikte van stam den Eiken-boom meest gelyk, want dezen stam is zeer dik, doch niet hoog, en zig datelyk in dikke takken verdeelende, bedekt met een ligt-graauwe effene schorsse, doch over al met korte, styve, en breede doornen bezet, als die van wilde roosjen, bebalven aan het onderste van den ouden stam, daar menze niet gewaar werd, de rest tot aan het uiterste der ryskens is zo vol, dat men hem nergens beklommen, nog aantasten kan.

De bladeren hebben grootte gelykenis met die van de Turksze boonen, doch veel grooter, en gladder, vier en vyf duimen lank, en wat minder breed, met grootte wangen aan de zyden, altyd drie by malkander staande, het middelste op een lankachtigen steel, met wratten by het begin van het blad, en de twee achterste hebben t'zamen twee wratjes, en zeer korte steelen: Anders zynze alle drie malkander zeer gelyk, bebalven dat de twee ter zyden na der boonen maniere de groote zenuwen niet regt in de midden, en daar door de buitenste wange veel grooter dan de binnenste hebben, boven glad, en hoog- of donker-groen, van onderen wat ruig.

De bloemen komen veele by malkanderen voort aan een lange trcs, en bestaan maar uit een blad, het welke aan de eene zyde staat, een weinig t'zamen geboogen, als een schuitje, regt scharlaaken-rood, aan de andere zyde staant tien lange en styve roode draaden, met bruine noppen, waar onder vyf kortere, en vyf langere, en het middelste of elfste het langste is. De geheele bloem is een kleine vinger lank: Deze draaden zyn by baren oorspronk aan malkander vast, en daar achter ziet men twee andere kleine blaadjes, rond en hol, als schulpjes, op twee andere diergeleyke blaadjes leggende, waar van de twee buitenste booger van couleur zyn, dan het blad, en de twee binnenste bloed-rood, en t'zamen een heuveltye uitmakende, tusschen het groote blad en de voornoemde draaden staande, doch baar noit openende.

Na de bloemen volgen de vruchten, het welk zyn ronde bouwen, omtrent een hand lank of minder, en een kleine vinger dik, in verscheide ronde bobbelen afgedeeft, die meest met een snallen bals aan malkander hangen: in ieder bobbeltje schuilt een lankwerpig en dikke boone, aan beide einden wat gedrukt, als of er veele uit een rolleken gesneeden waren, met een naat op den rugge, zommige roodachtig, en na den aard der boonen met een navel geteekent, in grootte en gedaante van paarde-boonen. Van deze bouwen hangender veele by malkander aan een tros, blyvende zo lange aan de boomen hangen, tot datze van den wind afgeslagen worden, want nog menschen, nog vee gebruiken deze boonen raauw. Het hout is wit, week, en ondeugent tot eenig timmerwerk, ligt verrottende, en van een rookachtigen reuk, als men daar in kapt.

Onder alle Indiaansche boomen is 'er geen, die zyn Saysoen zo precys houd in bloemen en vruchten te dragen, als deze Gelala, want hare bloemen brengtze maar eens des jaars voort, en dat in 't laatste van Julius, als de Zon in den Leeuw begint te komen, wanneer den boom zyne meeste bladeren afwerpt, en aan alle kanten met grootte troffen deze roode bloemen voortbrengt, zo dat den boom van verre schynt, als met een rooden doek overdekt, blyvende hier en daar een blad aan de takken hangen.

In dezen stand blyft by tot over de helft van Augustus, wanneer de bloemen in menigte afvallen, en den grond als met een scharlaaken doek bedekken, waar op in Sep-

tem-

tembri insequuntur fructus novae folia. Quum vero circa Julium, (uti plerumque fit) magni sint imbres ac pluviae frequentes, florendi tempus differtur ultra mensis dimidii spatium, quum alias in terris crescit, in quibus isto tempore aestas sicca est, uti plurimum hoc obtinet in omnibus insulis ad Occidentalem Amboina partem sitis, certum ac dictum observat ordinem: Plurimum in litoribus crescit planis, in ipsa etiam reperitur terra ab hominibus plerumque plantata, quod per depactos sit ramos crassos, licet et ejus fabae optime etiam progerminant.

Nomen. Latine *Gelala litorea*. Malaice *Gelala Laut* & *Gelala Itam*, quum sponte juxta litora crescat, ac respectu subsequenter speciei obscure viridia gerat folia; Quidam volunt *Dadap* verum esse nomen Malaisense, & *Kelala Ternatense*, Macassarense vero *Rara* & *Caju Madjannang* h. e. quietum folium, cujus ratio infra indicabitur. Amboinice in Leytimora vocatur *Ucken*, in Hitoe & Cerama *Nackil* & *Lackin*. Baleyensibus dicitur *Dalundung*. Bandensisibus *Dadap*. Vox *Gelala* derivari potest ab Arabico *Gal* aut *Galal*, h. e. clarum reddere, quia florens rubicundum de se spargit colorem.

Locus. In omnibus reperitur aquosae Indiae insulis & ubique in litoribus crescens, in quibus lapilli occurrunt & permixti sunt, in simplicibus vero litoribus non reperitur vel raro, uti in occidentali Baleyae parte, ubi tamen in ipsa regione sese offert.

Ufus. In Occidentalibus insulis haec arbor majorem praebet usum quam in Amboina, ubi saepe per copiosos suos flores efficit, ut pisces mensibus Augusto & Septembri perquam rari sint, vulgus saltem hoc illi adscribit causae, quum rutilantes ejus flores ex arboribus dependentes ut & in solum prolapsi fulgorem suum longe in mare emittunt, quo pisces perterriti a litore decedunt. Hic tamen defectus iis in mensibus quoque observatur in talibus locis & litoribus, in quibus nullae inveniuntur *Gelalae* arbores, unde & Bandenses non adeo hujus arboris floribus quam lactae adscribunt aquae, quae eodem isto tempore mare inficit, ac per noctem igneum & lacteum quasi reddit mare, unde & pisces fugam arripiunt ad aquas ordinario modo coloratas.

E contra magna est sympathia inter hujus arboris flores & Amboinensem avem *Loeris* dictam, quae sanguinei penitus coloris est per totum suum corpus, excepto capite, hujusque alia minor species est *Perroquitten* vocata, quae ex rubro, luteo & viridi variegata est. Haec itaque aves naturalem gerunt instinctum & ardorem rubri hujus arboris coloris, quae magna hanc frequentant copia, ipsique insident, quum suos profert flores, ita ut haec vix ab ipsis distingui possint floribus, quamdiu pacate sedent. Haec rostro suo istud rubrum capitulum seu nectarium in centro floris positum aperiant, epotantque succum ex rore ibi collectum.

Haec porro arbor usum habet in re medica, recentium enim foliorum succus ulcerationibus instillatus, ipsisque folium superinpositum illas depurat & conservat a putredine, crudamque praeparat carnem ad consolidationem, per alia emplastra procurandam: Haec autem cura haud felicem habet successum in hominibus repletis vel potui nimium addictis, qui proinde nimis abundantem humorum adfluxum ad illas habent partes.

In Amboinensium variolis haec praesertim folia celebrantur, ad impuras & sordidas ulcerationes depurandas, quod tarde quoque procedit, quum *Gelala* operationem suam perficere nequeat, quamdiu novum generatur pus per continuum humorum adfluxum, unde & talibus hominibus sicca & sobria praescribitur Dieta: Alii autem ulcerationes curant ope foliorum sequenti modo, recipe vulgaris *Gelalae* tenera folia cum quarta parte *Pangagae* radicum, stipitum ac foliorum, expone haec simul per noctem rori, dein exprime succum nulla admista aqua. Intinge huic turundam, & inpone ulcerationi, eamque porro justo modo obvela: Hic autem succus per aliquot dies in Bambu arundine servari potest. Hic omnem consumit corruptam carnem, atque intra spatium trium quatuorve dierum purum reddet fundum, unde curatio cita promovetur. Alii folia ore suo masticant cum pauxillo Cumini, quae ulcerationi inponunt, alio ejusdem arbo-

tember de vruchten; en jonge bladeren volgen. Maar wanneer omtrent de tyd van Julius (gelyk gemeenelyk geschiet) een langdurig reegen-weer voorvalt, zo veragtert de bloeytyd wel een halvemaand of meer, daar by anders in landen staande, daar bet in die tyd zoomer of drooge mousson is; gelyk meest in alle Eilanden beweesten Amboina gelegen; de voorschreve order precys agtervolgt. Hy waft meest op vlakke stranden, doch vind men hem ook landwaart in, meest door de menschen aldaar geplant, bet welk met dikke takken geschied, boewel de korrels ook opkmen.

Naam. In 't Latyn *Gelala litorea*. Op Maleysys *Gelala Laut* en *Gelala Itam*, om datze van zelfs langs de strand waft, en ten aanzien van de volgende soorte swart-groene bladeren heeft. Zommige willen dat *Dadap* de regte Maleysysche naam zy, en *Kelala* den Ternataanschen. Op Macassers *Rara* en *Caju Madjannang*, dat is, stil blad, uit redenen, gelyk hier onder gezegt zal werden. Op Amboins op *Leytimor Ucken*, op *Hitoe* en *Ceram*, *Nackil* en *Lackin*. Op Baley's *Dalundung*. Op Bandaas *Dadap*. Het woord *Gelala* kan afgeleidt werden van bet Arabische *Gal* of *Galal*, d. i. klaar en helder maken, om dat by bloeiende een heldere couleur van zig geeft.

Plaats. Men vind hem in alle de Eilanden van *Water-Indiën*, over al op de stranden wasschende, te weten daar kleine steenen onder gemengt zyn, maar op enkele zanden vind men hem niet of zelden, gelyk op de West-zyde van Baley, alwaar men hem echter landwaart in heeft.

Gebruik. In de Westerslyke Eilanden heeft dezen boom grooter gebruik dan in Amboina, alwaar hy ons diavils met zyn bloeyen groote schaarsheid van visschen verchafft in de maanden Augustus, en September, immers de gemeene man schryft hem die oorzaak toe, dat zyne vuur-roode bloemen zo aan den boom hangende, als op den grond leggende, baren glans verre in Zee verspreiden, endaar door de visschen van den oever jagen. Hoewel men dit gebrek in dezelve maanden op zodanige plaatsen en stranden ook voelt, daar geen *Gelala* boomen staan, dierhalven bet de Bandaneezen niet zo zeer bet bloeyen dezer boomen, als bet melk-water toeschryven, 't welk om dezelfde tyd de Zee infecteert, en by nacht vuurig en melk-wit doet schynen, en de visschen na water van ordinaris couleur vlugten.

Daar en tegen is 'er een groote vriendschap tusschen dezes booms bloemen, en de Amboinsche *Loeris*, dewelke bloed-root over het geheele lyf zyn, behalven aan het booft, neffens een kleinder slag, die men *Perroquitten* noemt, van rood, geel, en groen geschakeert. Deze vogelen dan hebben een natuurlyken drift tot roode couleur van dien boom, zittende met meenigte daar op, als by in zyn bloeyen staat, dat menze qualyk van de roode bloemen onderscheiden kan, zo lange zy stil zitten. Zy pikken bet voornoemde roode beuvelje, midden in die bloem schuilende, open, en drinken bet zap daar uit van den dauw daar in vergadert.

Voorts heeft dezen boom ook zyn gebruik in de Medecyne, want bet zap van de versche bladeren in eenige ulceratien gedaam, en een blad daar over gebonden, reinigt dezelve van alle verrottingen en maakt bet rauwe vleesch bequaam tot de volgende toebeelinge, door andere pleisters te bevorderen. Doch deze cure heeft weinig succes in perzoonen, die bet lichaam met bumeuren vervult hebben, of den drank te veel overgegeven zyn, en dierhalven te veel toevloeying in de ulceratie hebben.

In de Amboinsche pokken werden deze bladeren inzonderheid geroemd, om derzelver vuile en zeer etterige ulceratie te zuiveren, bet welk al mede langzaam toegaat, want de *Gelala* haar werking niet kan doen, zo lang daar nieuwe materie toeloopt, daarom zulke menschen voorschreven werd een sobere en drooge diet; andere cureren de ulceratien met de bladeren aldus: Neemt de jonge bladeren van de gemeene *Gelala*, met een vierde part *Pangaga*, wortelen, steelen en bladeren te zamen, zet dit een nacht in den dauw, en vringt daar na bet zap daar uit, zonder eenig water, doopt hier in plukzel, en legt bet in de ulceratie, bint bet voorts beoorlyk toe: Het zap kan men eenige dagen in Bamboesjes verwaren. Dit byt al bet verdorvene vleesch uit, en maakt in drie a vier dagen een goeden grond, die zig voorts tot geneesinge jcbikt: andere kauwen de bladeren in den mond met een weinig Komyen, en smeeren dat in de ulceratie, boven op een blad van dien boom leggende. Dit byt omtrent

ris folio obducta. Hæc pasta per semi-circiter horam operatur ac dein perfecta est. Sique hoc mane instituat, nec ulceratio vesperi intumescat, nec doleat, indicium est, curationem subsecuturam, si contrarium sentiat, nihil efficit hæc cura, sique succedat, mensis spatium opus est ad ingentem ulcerationem curandam. Arboris cortex cum Pinanga & pauxillo Masloy manducatus conducit iis, qui Dysenteria laborant. Quidam recentia quoque vulnera hisce foliis curare adnituntur, sed raro successum vidi, quum illis non sit virtus consolidans nec cicatricans, sed depurans. Tenera ejus folia cum illis Gumiræ & Calappi lymphæ in olus cocta & comesta, atque folia pectori inposita lac generant & augment lactantibus & puerperis. Eadem quoque folia cum floribus quovis modo assumpta in feminis provocant obstructa menstrua. Contrarius autem effectus observatur in cortice, qui, uti dictum, cum Pinanga masticatus, ejusque succus deglutitus prodest Dysenteria.

Aves istæ Loeris dictæ, plurimum capiuntur, si inter flores ramos fustes locantur, iisque alligantur visco ex Socci-lacte confecto obducti, quibus facilius insident, quum naturales arboris rami spinis undique sint obfessi.

Si florendi tempus deserit, istæ aves iterum montes petunt, nec per totum amplius observantur annum, postquam summa cum patientia ultra mensem garrulum illarum stridorem exaudivimus, maximeque mirandum est tales aves, quæ silvestris admodum sunt naturæ, nec facile mitigandæ, adeo expetere horum florum succum, atque e longinquis montibus prope hominum ædes, quibus adstant etiam hæc arbores, advenire, unde vix hominum tumultu ac clamore fugari possunt.

Folia cum aliis herbis ad olus usurpantur & eduntur, præsertim ad certum cibi genus, quod Ternatensibus Boboto vocatur, quum quidam pisces foliis involuti coquantur.

Ejus lignum virtutem quoque vegetativam habet, quod ramis facile propagandum est, unde & adhibetur ad palos & sepes, qui ex vivis expetuntur claustris, ubi hi rami positi intra breve temporis spatium in crassas excrefcunt arbores, ex quibus simul folia ad usum colliguntur. Lignum hoc, quam vetusta etiam sit arbor, semper fungosum est & leve, siccumque diu fovet ignem, fumum emittens, donec totum frustum in cineres collabatur, nec unquam flammam concipit, licet etiam vento vel flatu agitur.

Carolus Clusius hanc videtur depinxisse arborem in libri rariorum plantarum appendice primo pag. 253. qui ejus folia accepit a medico quodam Lusitano, qui arborem Cordi, forte a rubro florum colore, vocabat, dicebatque illam ex America accepisse.

Quædam hujus Gelalæ species occurrit in Java, & Baleya, vocaturque peculiari nomine Dap Dap, cuius truncus altior est præcedenti, sed nullis obfusus spinis, ejusque folia sunt minora, rotundiora, & tenuiora, flores vero fructusque præcedenti similes, ejus autem fabæ sunt rotundiores. Adhibetur quoque ad palos & sepes uti prior, ejus folia non eduntur. Lignum ejusdem est substantiæ & usus, ad lentum nempe fovendum ignem.

Similis vel non multum diversa arbor est Sinen-sium Goudong, in provincia litorea Fockien seu Hoc-kien crescens, crescendi modo & forma Gelalæ vulgaris conveniens ex relatu Sinen-sium, ejus autem folia sunt majora, rami spinosi, non autem truncus, flores quoque rubent, & fructus sunt instar præcedentium fabarum.

Ejus lignum est quoque molle & inutile, excepto quod adhibeatur ad instrumenta quædam musica, quum bonum edat sonitum: Uno anni tempore dicitur foliis orbata, altera autem anni dimidia parte foliis onusta, ac quotannis mense Augusto folia dimittere, e contra Amboinensis per unum tantum & dimidium mensem foliis destituta est, nec tam certum dimittendi folia observat tempus: Talem mirabilem arborem locatam esse perhibent Sinen-ses in palatio regio Pecking prope celebrem puteum, ut quidam mihi indicavit Sinen-sis, qui præ reliquis suis popularibus doctus & peritus est, hæc autem natio præ reliquis Chaldæorum superstitionibus addicta mi-

een half uur, en daar na is het gedaan. Als men dit des ogtsens doet, en de ulceratie des avonds niet opswelt, of zeer doet, zo is het een teeken, datze de geneezing wel wil aanneemen, maar anders gevoelende, zal men hier mede niets uitregten, en als het dan nog lukken wil, zo heeft men nog een maand tyd van noden tot een groote ulceratie: De schorffe met Pinang, en een weinig Mas-loy gekauwt, is goet voor die geene, die de roode loop hebben. Sommige willen ook versche wonden met deze bladeren, en baren zap geneezen, waar van ik weinig succes gezien hebbe, vermits daar geen heelende nog cicatricerende, maar zuiverende kracht insteekt. De jonge bladeren met die van Gumira met Calappus-melk tot een moes gekookt, en gegeten, en de bladeren op de borst gelegd, vermeerderen de zuigende Vrouwen haar melk. Dezelfste bladeren met de bloeme op eenigerhande manier genuttigt, verwekken de Vrouwen haare opgeboudene maantstonden. Een contrarie kracht heeft men in de schorffe, dewelke, als gezegt, met Pinang gekauwt, en het zap ingeswolgen, helpt tegens de roode loop.

De voornoemde Loeris werden ook als dan meest gevangen, als men tusschen de bloeyende takken eenige stokken bind met Vogel-lym van Soccum-melk gemaakt, bestreken, daar zy te ligter opzitten, om dat de regte takken vol doorns zyn.

Als de bloemen over zyn, vervliegen voornoemde vogels weder in 't gebergte, en men zietze dan 't geheele jaar niet meer, naar dat men met patientie meer dan een maand lang haar gekakel en geraas op die boomen heeft moeten uitstaan, zynde te verwonderen, dat zodanige vogels, die zeer wilt van aart en qualyk te temmen zyn, zo greegig op den zap van deze bloemen zyn, datze uit het verre gebergte digte by de woonhuizen komen, daar deze boomen staan, en qualyk door het geschreeuw der menschen konnen weg gejaagt worden.

De bladeren werden ook onder ander Saylor tot moeskruit gebruikt en gegeten, inzonderheid tot een zoorte van kost, die de Ternatansen Boboto noemen, als men eenige visschen met zekere bladen bewind, en zo kookt.

Het is mede een groeizaam hout, het welk met stokken ligt voort te planten is, daarom werd het gebruikt tot Paggars-stylen en groote beiningen, die men van levende Pallissaden hebben wil, alwaar deze stokken gezet in korten tyd uitslaan, en tot dikke boomen werden, waar van men met eenen het gebruik der bladeren hebben kan. Dit hout hoe oud den boom werd, blyft altyd voos en ligt, droog zynde, houd het vuur lange al smookende, tot dat de geheele stok in asche vergaat, zonder dat het ooit vlamme van zig geeft, hoe zeer men ook daar in blaast.

Carolus Clusius schynt dezen boom afgeschetst te hebben in zyne boeken van de rare planten in Appendice I. pag. 253. hebbende deszelfs bladeren ontvangen van eenen Siviliaanzan Medicus, dieze Corâl (misschien van de rode couleur der bloemen) noemde, en voorgaf dezelve uit America ontfangen te hebben.

Een zoorte van deze Gelala vind men op Java, en Baleya, in 't byzonder Dap Dap genaamt, van stam zo hoog, als de voorgaande, doch zonder eenige doornen, de bladeren zyn kleinder, ronder, en dunder, voorts bloemen en vruchten de voorgaande gelyk, doch de boonen zyn ronder. Hy werd ook gebruikt tot stylen van Paggars, als de voorgaande, doch zyne bladeren eet men niet. Het hout is van dezelve substantie en gebruik, te weten om een langzaam vuur te onderhouden.

Een diergelyke of niet veel verschillende boom is de Sineeze Goudong, in de strand-Provincie Fockien of Hoc-kien wasschende, in de manier van wasschen en gedaante de gemeene Gelala meest gelyk, naar het zeggen der Sineezen, doch de bladeren zullen wat grooter zyn, de takken wat doornachtig, maar de stam niet, de bloemen insgelyks rood, en de vruchten als boonen.

Het hout is week, wit, en onnut, behalven tot eenige musicale instrumenten, om dat het goeden klank geeft. Hy zoude de eene helft van 't jaar zonder bladeren, en de andere helft met bladeren beladen staan, jaarlyks in Augustus beginnende zyne bladeren af te werpen, waar tegens de Amboinsche maar een en een halve maand zonder bladeren staat, en zulke precysse tyd van het afvallen der bladeren niet onderhoud. Een zulke wonderbare boom zeggen de Sineezen te staan in 's Keyzers Hof tot Pecking by een vermaarde waterput, zo als my zekere Sinees verbaalt heeft, dewelke boven zyne landluiden gaauw en geleert moet zyn, want deze Natie boven andere met Chaldeesche superstitie ingenomen zynde, wondere din-



ra de hac Peckenſi fabulantur & gloriantur Goudonga, illam nempe quotannis puncto Lipſiu, quod meo judicio eſt ſub Solis acceſſum ad decimum quartum gradum Leonis, quarto nempe Auguſti die, ſuum primum dejicere folium, quo minuto per Aſtronomum antea pronuntiato & proclamato, Cæſar cum ſua familia & Magnatibus in genua procidere & precari debat, quando intra horæ quadrantem vel folium deciſum eſt, vel Aſtronomus plectitur inſtar mendacis, vel tanquam in arte ſua inperitus. Altera autem Sinenſium Goudonga non ita præciſum obſervaret minutum illud, uti & puto Peckenſem non ita poſſe præſtare, ni fallax diabolus in ſcenam prodiret, qui ſimul invocatur.

Si ulteriore diſquiſitione appareat, has tres ultimas ſpecies nimium a vulgari *Gelala* differre, hujus operis renovatione peculiare ipſis tribuendum eſt caput.

Nomen Macaſſarenſe *Rara* & *Madjanang* (h. e. patatum folium) ex eo derivatur, quod virides ejus ramos circa illum plantent locum, in quo puerpera decumbit, quo indicare ſtudent, ut circa illum locum quiete ſefe tenere homines oporteat, hujus quoque folia ſub infantum cubilibus & pulvinaribus deponunt, ut ſubitos clamores & illorum terrores in fomno impediunt. Fabas *Gelala* quidam ex plebeis torrent parum in ſartagine ſupra ignem, quas edunt vel cum piſcibus coquant.

In Baleienſi *Dalundung* coſſus gignitur craſſus, pinguis & albus, qui edulis eſt inſtar Sagu-coſſorum, ipſis *Sibata* dictus, quem extrahunt acutis cum bacellis ex foraminibus, in quibus inſidet, donec teneat illos, alioquin tale aperitur foramen, & comeditur iſte coſſus per avem *Blatock*, nobis deſcriptam nomine *Pici Javanici*.

Bontius libr. 6. cap. 43. primam hujus ſpeciem vocat *Boatsjin Kring*, quod nomen proprie competit ſubſequenti tertiæ ſpeciei *Gelala aquatica*, non autem erroneum eſt, ſi in illo capite fabæ ejus inter edules fructus numerentur, qui arboribus increſcunt, quoſque in eodem deſcribit capite. De *Tsjin Krings* uſu autem nihil indicavit.

In *Rumphii Appendice* hæc ſubjunguntur.

In *Hort. Malab. part. 6. Fig. 7.* vocatur *Muricu*, Portugallice *Folhas de Trinitade*, Belgice *Slackhout*, *Wasbout*, & *Eliphants-Boom*, ubi icon ejusque deſcriptio cum noſtra ſatis convenit, ex textu autem ibi non intelligitur, tria ſemper folia eſſe conjuncta, nec certo anni tempore ramos ſuos quotannis demittere, tumque floribus onuſtam penitus eſſe, quod forte in oris Malabaricis non ita obtinet, ac hic loci.

EXPLICATIO

Tabula Septuageſima Sexta,

Quæ ramum exhibet *GELALA LITOREA*, ſeu *ERYTHRIA foliis ternatis, caule ſpiñoſo*, ubi *Litt.*

A. Ejus filiquas.

B. Officula ſeminalia denotat.

OBSERVATIO.

CORAL & *CORALLODENDRON* hoc genus vulgo vocatum fuit, hujusque plantæ ſynonyma collegi, & auctores citavi in *Theſ. meo Zeyl. pag. 74. & 75*, ubi examinari poſſunt. In *Horto autem Clifforti. pag. 354* vocatur *ERYTHRIA foliis ternatis, caule ſpiñoſo*. Ubi vide reliqua, ut & *Royen Fl. Leidens. Prodr. pag. 373.*

gen van dezen Peckinzen Goudong roemen: namentlyk dat by jaarlyks by het punt Lipziu, het welk mynes erachtens in den intree der Zonne in de 14. graad van de Leeuw, op den vierden dag Auguſtus zyn eerſte blad afwerpe, welke minute door een Aſtronomus te vooren bekenet en uitgeroepen zynde, moet den Keizer met zyn Hofgezin neerknielen, en aanbidden, als wanneer binnen den tyd van een quart uurs een blad moet afvallen, of den Aſtronomus word geſtraft als een leugenaar, of in zyn konſt qualyk ervaren. De andere Goudongs in Sina zouden dezelve præciſe minuit niet onderhouden, gelyk ik ook juſtineere den Peckinzen niet doen zoude, indien den bedrieger Satan daar niet mede onder ſpeelde, dewelke daar door aangebeeden word.

Als men by nader onderzoek bevind, dat deze drie laatſtgenoemde zoorten te veel van de gemeene *Gelala* verſchillen, zo dient men by berwattting dezes werks dezelve een byzonder Kapittel toe te voegen.

De Macaſſerſche naam *Rara* en *Madjanang* (dat is ſtil blad) komt daar van daan, om datze de groene takken rondom de plaats ſteeken, daar een kraamvrouw leid, willende daar mede waarſchouwen, dat men daar omtrent behoort ſtil te zyn, ook leggende de bladeren de kinders onder haar ſlaapſteeden, om het ſchielyke ſchreeuwen, en verſchrikken in den droom te beletten. De boonen van *Gelala* rooſten zommige ſlegte lieden een wein in een pan over het vuur, en eetenze of kokenze by viſſchen.

In de Balische *Dalundung* waſt een dikke, witte, en vette bout-worm, die eetbaar is, gelyk de Saguwormen, by hun lieden *Sibata* genaamt, dieze uittrekken met ſpitze ſtokjes, in de gaten, daar by zit, peuterende, tot dat by waſtboud, anderzints word dat gat geopent, en den worm gegeten door den vogel *Blatock*, by ons beſchreeven onder den naam van *Picus Javanus*.

Bontius lib. 6. Kap. 43. noemt de eerſte zoorte *Boatsjin Kring*, welke naam eigentlyk toekomt de volgende derde zoorte *Gelala Aquatica*, doch men moet geen abuïs hebben in 't zelve Kapittel deze vruchten onder de eetbare boonen te mengen, die aan boomen waſſchen, die by in 't zelve Kapittel beſchryft. Want van *Tsjin Krings* gebruk heeft by niet met al gezegt.

In de *Appendix van Rumphius* werd dit 'er by gedaan.

In *Hort. Malab. part. 6. Fig. 7.* biet by *Muricu*, in 't *Portugees* *Folhas de Trinitade*, in 't *Duits* *Slackhout*, *Was-hout*, en *Eliphants-boom*, daar de *Figuur* en beſchryving met onze overeenkomt, doch uit den text kan men niet bemerken, datter 3. bladeren by malkander ſtaan, nog dat by jaarlyks op zeekeren tyd zyne takken afwerpt, en als dan vol bloemen ſtaat, welke miſſchien in de Malabaarſe landen zo niet is, gelyk alhier.

UYTLEGGING

Van de zes-en-zeventigſte Plaat,

Dewelke vertoont een Tak van de *Gelala Litorea*, ofte de *ERYTHRIA* met drie bladen, en een doornagtige ſteel alwaar *Lett.*

A. De Houwen,

B. De Zaat-korrels vertoonem.

AANMERKING.

Dit geſlagt is eertyds *Coral* of doorgaans *Corallo dendron* genaamt, en van deeze plant heb ik de Schryvers aangehaalt in myn *Theſaur. Zeylan.* op pag. 74, en 75, doch nu word het in de *Hortus Clifforti. pag. 354* genaamt *ERYTHRIA* met drie bladen en een doornachtige ſteel, alwaar het overige zie, als mede de *Prodr. Fl. Leidens. pag. 373.*